



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallebart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Bvlla Celebrationis Concilii Tridentini, Svb Pio Iv. Pont. Max.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

BVLLA CELEBRATIONIS
CONCILII TRIDENTINI, SVB
PIO IV. PONT. MAX.



*Ius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei
memoriam.*

Ad Ecclesiæ regimen, licet tanto oneri im-
pares, sola Dei dignatione vocati, statim cir-
cumferentes mentis oculos per omnes Rei-
publicæ Christianæ partes, cernentesq; non sine magno
horrore, quàm longè lateque pestis hæresum & schisma-
tis peruasisset, & quanta Christiani populi mores corre-
ctione indigerent; in eam curam & cogitationem, pro
suscepti muneris officio, incumbere cœpimus, quemad-
modum ipsas hæreses extirpare, tantumque & tam per-
niciosum schisma tollere, moresque adeo corruptos &
deprauatos emendare possemus. Cum autem intelligere-
mus, ad hæc sananda mala aptissimum esse remedium,
quod sancta hæc Sedes adhibere consueuisset, *a œcume-*
nici generalisque Concilij, eius congregandi, & Deo iu-
uante, celebrandi consilium cepimus. Indictum illud
quidem antea fuit à fel. rec. Paulo III. & eius successore
Iulio, prædecessoribus nostris; sed varijs de causis sapius
impeditum & interpellatum perfici non potuit: si quidem
Paulus, *b* cum id primò in urbem Mantuam, deinde Vin-
centiam indixisset; quædam ob causas, in litteris eius ex-
pressas, id primò suspendit, postea Tridentum transiit:
deinde cum quibusdam de causis ibi quoque eius cele-
brandi tempus dilatum fuisset, tandem suspensione sub-
lata, in eadem ciuitate Tridentina inchoatum fuit: ve-
rùm Sessionibus aliquot habitis, & nonnullis decretis fa-
ctis, ipsum se postea Concilium, aliquibus de causis, ac-
cedente etiam Sedis Apostolicæ auctoritate, *c* Bononiam
transiit. Iulius autem, qui ei successit, in eandem ciui-
tatem Tridentinam id reuocauit. Quo quidem tempore
facta alia quædam decreta sunt *d*; sed cum noui in propin-
quis

a sup. in pr.

*b sup. in
prima bulla.*

c sup. Sess. 2.

*d Sess. 1.
cum seq.*

N 3

quis

ncil. Tri-
decent.
1545.

quis Germaniæ locis tumultus excitati fuissent: & bellum
 in Italia & Gallia grauiſſimum exarſiſſet; rursus Conci-
 lium ſuſpenſum & dilatatum fuit, adnrente nimirum hu-
 mani generis hoſte, aliasque ex alijs difficultates & impe-
 dimenta obijciente, vt tantum Eccleſiæ commodū, quod
 prorsus auferre non poterat, ſaltem quàm diutiſſime re-
 tardaret. Quantoperè verò interea auctæ fuerint, & mul-
 tiplicatæ, ac propagatæ hæreſes; quantoperè ſchiſma cre-
 uerit, ſine maximo animi dolore nec meminiffe poſſu-
 mus, nec referre. Sed tandem pius & miſericors Dominus,
 qui nunquam ita irarſcitur, vt miſericordiæ obliuiſcatur.
 Regibus & Principibus Chriſtianiſ pacem & vnanimi-
 tatē donare dignatus eſt. Qua nos occasione oblata, ma-
 ximam in ſpem venimus, ipſius miſericordiæ freti, forte
 hiſ tantis quoque Eccleſiæ malis eadem Concilij via
 imponatur. Nos itaque ad ſchiſma hæreſesque tollenda,
 ad corrigendos & reformandos mores, ad pacem inter
 Chriſtianos Principes conſeruandam, celebrationem
 ius non eſſe duximus diutius differendam. Habita igitur
 cum venerabilibus fratribus noſtris, Sancti Romani Ec-
 cleſiæ Cardinalibus, deliberatione matura, factis etiam
 conſilij noſtri certioribus cariſſimis in Chriſto filijs no-
 ſtris, Ferdinando Romanorum Imperatore electo, &
 alijs Regibus atque Principibus; quos quidem, ſicut
 eorum ſumma pietate & ſapientia nobis pollicebamur
 paratiſſimos ad ipſius Concilij celebrationem adiuu-
 dam inuenimus, ad Dei omnipotentis laudem, honorem
 & gloriam, atque vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatem, de
 tandem fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu ſacra-
 œumenicum, & generale Concilium, ex auctoritate
 eiusdem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum
 qua nos quoque a in tertis fungimur, freti & ſubmi-
 ſſitate Tridentina, ad ſacraſſimum diem Reſurrex-
 nis Dominicæ proximè futurum indicimus, & ibi ce-
 brandum, ſublata ſuſpenſione quacumque, ſtatim
 atque decernimus. Quocirca venerabiles fratres noſtros
 omnibus ex locis, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epico-

a. Matth. 18.
 c. quanto. de
 transl. Epiſc.
 c. xvi. vt eccl.
 benef. c. ad
 apoſt. ſ. pan.
 de re iud. in
 6. cap. 1. de
 hom. eo. li.
 Pelag. 2. in r.
 ep. circa
 princ.

pos, & dilectos filios Abbates, ceterosque, quibus in Concilio generali sedere, & sententiam dicere, iure communi, vel ex privilegio, vel ex antiqua consuetudine licet; vehementer in Domino hortamur, & monemus, atque etiam distinctè præcipiendo mandamus, in virtute sanctæ obedientiæ, in vi quoque iuramenti, quod præstiterunt, & sub pœnis, quas in eos, qui ad Concilia generalia convenire neglexerint, a sacris sciunt esse canonibus constitutas, ut ad Concilium ibi celebrandum conveniant intra eam diem; nisi fortè impedimento fuerint legitimo præpediti: quod tamen impedimentum per legitimos procuratores Synodo probare debebunt. Monemus præterea omnes, & singulos, quorum interest, interesse poterit, ut in Concilio adesse ne negligant. Carissimos vero in CHRISTO filios nostros, Romanorum Imperatorem electum, ceterosque Reges, & Principes, quos optandum sanè esset Concilio interesse posse, hortamur & rogamus, ut, si ipsi Concilio interesse non potuerint, at Oratores suos, prudentes, graves, & pios viros utriusque mittant, qui ipsorum nomine illi interfint, curentque diligenter pro sua pietate, ut ex eorum regnis atque dominijs Prælati sine recusatione, ac mora, tam necessario tempore, Deo & Ecclesiæ officium suum præstent: eosdem etiam curatores esse minimè dubitantes, ut per ipsorum regna & dominia tutum ac liberum iter Prælati, eorumque familiaribus, comitibus, & alijs omnibus ad Concilium euntibus, & ab illo redeuntibus pateat; benigneque ac comiter omnibus in locis recipiantur atque tractentur; sicut, quod ad nos attinet, ipsi quoque curabimus; qui nihil omnino prætermittere decrevimus, quod ad tam pium & salutare opus perficiendum, à nobis, in hoc loco constitutis, præstari possit; nihil, ut Deus scit, querentes aliud, nihil propositum habentes in hoc Concilio celebrando, nisi honorem ipsius Dei, dispersarum ovium reductionem, ac salutem, & perpetuam Christianæ Reipublicæ tranquillitatem ac quietem. Ut verò hæc litteræ, & quæ in eis continentur, ad omnium, quorum oportet, notitiam

N 4

perue-

a Conc. Car.
1789, c. 43.
instr. Sess. 4.
c. 2. in fin. de
refor.

Concil. Trid.
declara.
nem in
1789.

perueniant, nec quisquam ea excufatione vti poffit, quòd illa ignorauerit, præferim cum non ad omnes, quos de his litteris certiores fieri oporteret, tutus forfitan pateat aditus; volumus, & mandamus, vt in Basilica Vaticana principis Apoftolorum, & in ecclefia Lateranenfis tunc cum in eis populus, vt Miffarum folemnibus interfit, congregari folet, palàm, clara voce à Curie noftræ curforibus, feu notarijs aliquibus publicis recitentur; & poftquam recitatæ fuerint, ad valuas earum ecclefiarum, itemque Cancellariæ Apoftolicæ, & in loco folito Campi Flore affigantur, ibique, quòd legi, & omnibus innotefcere poffint, aliquam diu relinquuntur: cum autem inde amouebuntur, earum exempla in eifdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem omnes, & fingulos, qui his litteris comprehenduntur, poft duos menses à die publicationis & affixionis earum, volumus perinde astrictos & obligatos elle, ac fi ipfifmet illæ coram editæ, & lectæ fuiffent. Tranfcriptis quoque earum, quæ manu publici alicuius notarij fcripta fubfcriptæ, & figillo & fubfcriptione alicuius perfonæ in dignitate Ecclefiaftica conftitutæ, munitæ fuerint, vt fine dubitatione vlla fides habeatur, mandamus atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noftræ indictionis, ftatuti, decreti, præcepti, admonitionis, & adhortationis infringere, vel ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attentat præfumpferit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apoftolorum eius, fe nouerit incurfurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. D. LXIII. Kal. Decemb. Pontificatus noftri anno primo.

Antonius Florentinus

Barengius